



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Ne monachi placita secularia adeant. lxxxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Quod non liceat episcopo abstrahere rem monasterii, quod
erga se peccauerit abbas. Cap. LXXXVIII.

Ex eodē
cap. 20.

Episcopo non licet tollere possessionē monasterii, si
eius peccauerit abbas, sed mittat eum in aliud mona-
sterium, in potestatem alterius abbatis.

Ne monachi placita secularia adeant. Cap. LXXXIX.

Ex eodē,
cap. 21.

AC deinde decreuimus, sicut sancta regula dicit,
monasterium ubi fieri possit, per decanos ordinari,
quia illi prapostiti saepe in elationem incidunt, & in
queum diaboli. Hoc tamen omnino volumus, ut non
monachi ad secularia placita vllatenus veniant, neque
abbas sine licentia episcopi sui, & cum necessitas exi-
tunc per iussionem & consilium episcopi sui illud
Nequaquam tamen contentiones, aut lites aliqua sibi
uere praesumat, sed quicquid querendum, vel etiam re-
dendum sit, per aduocatos suos hoc faciat. Abbates &
monachi vsque ad interrogationem silentium habeant, &
interrogantur, cum humilitate & reuerentia responde-
re. Alias querelas omnino deuitent. In eorum claustris
maneant, nullusq; ex eis foras vadat, nisi per necessi-
tatem ab abbate mittatur in obedientiam: nec foris manducet,
neque bibat sine permissione abbatis, nec ad conuicia
secularia vadat.

De negotio seculari. Cap. XC.

Ex eodē,
cap. 22.

Ministri autē altaris domini, vel monachi nobis
cui, ut à negociis secularibus omnino abstineant.
Multa sunt ergo negotia secularia, de his tamē pauca
stringamus, ad quae pertinet omnis libido, non solum
mundicia carnis, sed etiam omnis carnalis concupis-
centia. Quicquid plus iusto appetit homo, turpe luctu est
nec iniusta accipere, vel etiā dare pro aliquo seculari
quæstu, precio aliquem conducere, contentiones, &
& rixas amare, in placitis secularibus disputare, ex-
ceptione orphanorū & viduarum, conductores, aut
curatores esse secularium rerum, turpis verbi vel facti
secularium esse, vel iocum secularē diligere, aleas amare,
namentū inconueniens proposito suo querere, in deliciis
viuere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera
vel mēsuras habere, negotium iniustum exercere. Nec